

TRACTATUS
DE
ELECTIONE
CANONICA

FR. PETRIMARIÆ
PASSERINI DE SEXTULA,
MAGISTRI AC PROCURATORIS GENERALIS
ORDINIS PRÆDICATORUM,

ET IN ROMANA SAPIENTIA
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

Cum Indicibus Capitulum & Questionum, Rerum & Verborum necessariis.

Editio post Romanam Prima in Germania.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

apud Viduam BALTHASARIS IGNATIUM BUSAEI, Bibliopolam
sub Monocroto. Anno M. DC. LXXXII.

Cum Privilegio Sacrae Caesareae Majestatis, & Permissu Superiorum.



PRIVILEGIUM S. CÆSARÆ MAJESTATIS.



LEOPOLDUS Divinâ favente Clementiâ, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus, tenore præsentium Universis, quòd cum devota Nobis grata *Vidua Balthasaris Ignatii Busæi, Civis & Bibliopola Coloniensis*, demissimè Nobis exposuerit, se *Petri Maria Passerini de Sextola*, Ordinis Prædicatorum, Tractatum de *Electiõne Canonica*, typis excudendum dare constituisse, vereri autem, ne (quod fieri assolet) aliorum fraude vel invidiâ eundem recudentiũ, impendii ac laboris sui fructu sperato frustretur; ideo humillimè supplicavit, ut indemnitati suæ Privilegio Nostro Cæsareo clementer consulere dignaremur: Nos ejusdem precibus, ut æquissimis benignè annuerimus. Mandamus proinde omnibus ac singulis Typographis, aliisque quibuscunq; rem & negotiationem librariam quovis modo exercentibus, districtè atque sub pœna decem marcarũ auri puri, amissionisq; Exemplariũ seriò inhibentes, ne quisquã eorum, præf. Tractatũ intra sex annorũ spatiũ, à prima editionis die numerandorũ, intra S. Imperii, Regnorũq; & Dominiorũ Nostr. hæred. fines, præter præf. *Viduum & Hæredes*, & citra eorũ cõsensũ, eodẽ aut alio typo, integrè aut pro parte recudere, invehere, vel aliò recudẽdũ dare, venundare, aut clã vel palã distrahere præsumat, quatenus cõminatã 10. marcarũ auri puri pœnã, ex semisse Camere N. Imp. & pro reliquo parti læsæ irremissibiliter pendendã incurrere, & omnib. exẽplarib. quocunq; loco repertis (quorũ sibi vel propriã autoritate, vel Magistratus loci auxilio vindicandorũ, d. *Vidua, ejusque Hæredibus*, vigore præsentium jus fasque sit) privari noluerit: Dũmodò tamẽ mem. Liber hujusce Privilegii N. Cæs. tenorẽ pro publica notitia atque cautela in frõte impressum exhibeat: & quaterna ejusdẽ exẽplaria ad Cancellariã Imper. Aulicã transmittantur. Mandamus ergo Universis N. Sacr. R. I. Regnorũq; ac Provinc. N. hæredit. Subditis, ac fidelib. dilectis, cujuscunq; status, gradus, ordinis, aut eminentiæ existant, tam ecclesiasticis, quàm sæcularibus, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel Superiorum suorum nomine, & loco, Juris & Justitiæ administrationẽ exercent, ne quenquã Privilegium hoc N. Cæs. temerè ac impunè transgredi & violari patiantur, quin transgressores suprad. pœnis, aliisq; modis idoneis coërceant, quatenus & ipsi candẽ mulctã evitare voluerint. Harum testimonio litterarum manu N. subscript. sigilloq; Cæs. munitarum, quæ dabantur in Civitate N. Viennæ, die 20. mensis Decẽb. Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Regnorum Nostrorum Romani trigesimo-quinto, Hungarici trigesimo-octavo, Bohemici verò trigesimo-sexto.

LEOPOLDUS.

Ut
LEOPOLDUS GUILIELMUS,
Comes in Künigsberg, m. p.


Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium
F. W. BERTRAM, m. p.

† 2

(L. S.)



DE
ELECTIONE
CANONICA
TRACTATUS.



S U M M A R I U M.

I. *Causa, ob quam Tractatus instituitur.*

I. **A**sumuntur Episcopi ad Pontificatus apicem, vel per Ecclesiarum electionem, vel per Summi Pontificis immediatam institutionem, & huiusmodi duplici via, vel scilicet per Capitulorum electionem, vel per majorum superiorum collationem ad beneficia, & Prælaturas Episcopatu inferiores, Clerici tam sæculares, quàm Regulares promoventur. Cum verò forma obtinendi Prælaturas mediante Capitulorum canonica electione, apud Regulares præcipuè, sit in usu, & maximè in Ord. Prædicatorum, in quo nedum Generalis, & Provinciales, verùm etiam Priores locales eliguntur. Cùmque canonica electionis formæ notitia difficilis, & quamplurimis involuta difficultatibus sit, summè necessaria, ad hoc ut sine vitio Prælati canonicè assumantur, operæ pretium duxi, ex iis, quæ sacri Canonestraderunt, & DD. tam antiqui, quàm moderni docuerunt, huiusmodi difficultates, Dei gratià dirigente, explicare, & de assumendis ad Prælaturas per viam electionis, plenam doctrinam tradere.

S U M M A R I U M.

- | | |
|---|--|
| <p>1 <i>Doctrina ordo. num. 2.</i></p> <p>2 <i>Quatuor sunt modi creandi Magistratus. num. 3.</i>
<i>Modus adoptandi seu eligendi sibi successorem non est in Ecclesia. 3.</i></p> <p>3 <i>Pontifex an possit eligere successorem. num. 4.</i></p> <p>4 <i>Nullus Pontifex intravit post Patrum, nisi electus ab Ecclesia. num. 5.</i></p> <p>5 <i>Clemens fuit electus in Pontificem. num. 6.</i></p> <p>6 <i>Non convenit Ecclesia, ne Papa sibi successorem eligat. 7.</i></p> <p>7 <i>Bonifacius II. combussit decretum, per quod elegerat sibi successorem Vigilans. 8.</i></p> <p>8 <i>Episcopi, nec alii Prælati possunt sibi eligere successorem. num. 4.</i></p> <p>9 <i>In Societate Generalis moriturus relinquit Viscarium. num. 8. 10.</i></p> <p>10 <i>Modus providendi per hereditariam successionem alienus ab Ecclesia. num. 11.</i></p> | <p>11 <i>Duo modi providendi Ecclesiis vacantibus sunt in Ecclesia de Jure divino. num. 12.</i></p> <p>12 <i>Summus Pontifex per electionem ex Christi institutione creatur. num. 13.</i></p> <p>13 <i>Electoris solum Pontificis designant personam, cui Christus confert dignitatem, & potestatem. n. 14.</i></p> <p>14 <i>De Jure divino Summus Pontifex in officio potest omnes alios Prælatos. num. 15.</i></p> <p>15 <i>Jus eligendi Prælatos vasa inferiores, est ecclesiasticum, & Ecclesia a vasa concessum. num. 16. 10.</i></p> <p>16 <i>Pontifex Caput, Pastor, Princeps, Monarcha Ecclesia. num. 17.</i></p> <p>17 <i>Ad Monarchiam spectat, sibi providere de Ministris. num. 17.</i></p> <p>18 <i>Ab eo est jus providendi, seu eligendi Rectorem Ecclesia, qui Ecclesiam instituit. num. 18.</i></p> <p>19 <i>Romana Ecclesia omnes fundavit Ecclesias. num. 18.</i></p> <p>20 <i>Aliæ Ecclesia assumpta à Romana in partem solvendi. num. 19.</i></p> |
|---|--|